

ac aegrotantium quorundam mali moris debiti inficiati et ingrati mores, si quis enim graviter aegrotans, arte tamen jucunde, tuto et cito liberatus fuerit, non hanc salutem medico, vel eius peritia adscribit, sed saltem levitati et debilitati morbi; et quorsum haec magis? quam ut medicum fortuna et fama bona omnino privet.

### Aliud.

Dixi quidem antea medicorum fortunas; deinceps autem dicam quales ii esse debeant.

### Aliud.

Multi quidem plurimis in locis sunt, qui artem medicam exercent. Verum raritas maxima eorum medicorum est, qui modum medendi et morborum indolem perspicue cognoscunt.

### Aliud.

Medicus quidem non est ille, qui frequentibus medicamentis aegrotis nocumentum infert, sed ille, qui morbi naturam clare perspicit, dat vero iis quidquid conducit.

### Aliud.

Cum quidem morbum dextre sanare nil aliud. sit, quam causam efficientem clare perspectam sibi habere, ac deinde medicamentis,

в 5305/2006  
ст

НАРОДНА БИБЛИОТЕКА - В. ТЪРНОВО  
ДАРЕНИЕ